Eadem Fratrem suum germanum quietat.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Marianna Zakliczanka olim Generosi Joannes Zaklika Filia olim Generosi Feliciani Zaklika Percellatoris Chelmensis Successtrix, Generosi vero Alberti Konzakowski Consors legitima cum eiusdem mariti sui uti Tutoris Coniugalis personali assistentia et Consensu ad infrascripta recognoscenda Consentiente Sana mente et corpore existens à Terris Districtibus Iuribus Iuris dictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actus modernum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac perexpresse recognovit. Dicta ipsa Generosum Stanislaum Zaklika Fratrem suum germanum eiusque posteros de omnibus Interceptis Membranis Scriptis manualibus tam Roboratis quam non Roboratis eorundem Roboracionibus tum Protestationibus Citationibus ex occasione quorumvis damnorum iniuriarum pretensionum ad quaevis Iudicia et officia Regni extraductis et foras quibuscunque Regni Actis inscriptis et recognitis tum et de eisdem ipsis damnis iniurijs pretensionibus ad diem hodiernam ad memoratum Generosum Stanislaum Zaklika habitis excepto Scripto certo manuali per eundem Generosum Stanislaum Zaklika ratione Subditi Labuniesi Dmitr Maraha dicti dato quietat emittit dimittit liberumque et absolutum perpetuo pronunciat Interceptas easdem Membranas Scripta manualia tam roborata quam non roborata earumque Inscriptiones Roboratorias Protestationes Citationes iniurias damna et in Universum omnes pretensiones ad diem Actum praesentem intercedentes excepto Scripto supra scripto ratione Labuniesi Dmitr Maraha dato cassat mortificat et annihilat sibi et suis posteris ratione praemissorum omnium perpetuum imponendo silentium. Quae sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.